



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

78. Exceptiones domini Coloniensis contra commissiones capituli Basilee
oblate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

videlicet venerabiles . . . dominos et magistros Albertum Varentrapp, decretorum doctorem, cantorem et canonicum ecclesie Leodiensis ac officialem curie Coloniensis, Henricum de Erpell, sancti Severini Coloniensis, Johannem de Lovania, sancti Victoris Xantensis, Tilmannum de Linss, sancti Florini in Confluentia, Coloniensis et Treverensis diocesum, Hermannum Wydelers sancti Ciriaci extra muros Wormaciensis ecclesiarum prepositos, Johannem Pollaert, Johannem Vruient, Richardum Richardi Fructus monte Johannem et . . . [?]¹⁾, Henricum Welin et Johannem Rodenhon, tam in sacro Basiliensi concilio, quam curia Romana causarum procuratores, licet absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum . . . de et super revocatione . . . incorporationis cathedralis ecclesie Padeburnensis ad ecclesiam Coloniensem . . . ad instantiam . . . prepositi, decani et canonicorum eius ecclesie Padeburnensis . . . contra eundem dominum T(heodericum) archiepiscopum decreta et executata . . . Acta fuerunt hec in castro de Bruela in viridario . . . presentibus ibidem strenuo et discreto viro, domino Rulmanno de Dadenborg, milite et Christiano de Waldorpp, reddituario dicti domini archiepiscopi. . . .

Et Ego Isbrandus de Merwyk, clericus Coloniensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, quod predictorum procuratorum constitutioni . . . interfui, . . . ideo presens publicum instrumentum exinde confeci. . . .

Nr. 77 ist in Folge eines Zählfehlers vom Auctor überschlagen.

Exceptiones contra ect.

Ad clarissime ostendendum, pretensas commissiones vobis, Reverendissimi patres, . . . presentatas pro parte . . . capituli ecclesie Padeburnensis vicio surreptionis in

78.

o. D.

¹⁾ nicht zu entziffern.

multis suis partibus subiacere . . . [per]¹⁾ procuratorem et procuratores nomine . . . Coloniensis ecclesie archiepiscopi ect., . . . citra tamen omnem consensum in iurisdictionem vestram . . . excipiendo dicitur, quod huiusmodi pretense commissiones fuerunt, erant et sunt vane, varie, inefficaces, invalide per dolum et fraudem . . . in casibus infrascriptis.

In primis . . . suggescere fraudulententer et dolose, ecclesiam Paderbornensem a septingentis annis citra[?] per pastores de illustrium, baronum et nobilium genere procreatos fuisse et esse gubernatam; que, prout suggesta sunt, omni carent veritate; tamen fuit et est verum, quod dictis temporibus dicta ecclesia sepius per pastores simplices ex plebe humili²⁾ procreatos recta et gubernata fuit, adeo tamen²⁾ male, quod, nisi per . . . archiepiscopum Coloniensem . . . in bono ipsius regimine recta fuisset et feliciter gubernata ultra hoc, quod iam ultimum extremum quasi devenerit, de presenti . . . in toto et redditibus destituta esset. . . .

Item similibus dolo et fraude suggescerunt, ecclesiam Paderbornensem ad presens esse adeo opulentam in possessionibus, fructibus, iuribus, castris, opidis et villis, quod sufficiat ad honorem cathedre episcopalis tricentes.³⁾ Quod fuit et est verum, quod tempore commende ipsi . . . archiepiscopo Coloniensi facte ipsa ecclesia Paderbornensis possessionibus, iuribus, opidis et villis propter gwerrarum discrimina, que tunc ibidem erant, [quamquam⁴⁾ iam per dictum dominum archiepiscopum sedata et pacificata extitit, destituta erat. Ad presens ipsius domini archiepiscopi Coloniensis commendacione, bono et pacifico regimine sic in pace et fructibus aucta. Quod

1) ergänzt. 2) Lesung unsicher. 3) Wohl ein Schreibfehler statt tricentes. 4) ergänzt.

si expressissent et ita eorum ingratitude audissent, certum est, quod nichil eis concessum fuisset.

Item suggererunt similibus dolo et fraude, . . . archiepiscopum . . . dictam ecclesiam Paderbornensem sibi commendari et literas desuper confici obtinuisse a . . . Johanne, papa XXIII in fuga constituto preter scitum et assensum sancte Romane ecclesie cardinalium. . . . Quod fuit et est verum, quod idem reverendissimus pater instantibus dominis de capitulo dicte ecclesie et patrie eciam humillimis precibus et non alias dictam ecclesiam sibi quod¹⁾ commendari et literas huiusmodi desuper confici obtinuit, quodque illarum vigore idem dominus archiepiscopus commendatarius per capitulum dicte ecclesie et ipsam patriam pro pace in dicta patria et rerum dicte ecclesie pacifica conservatione ad regimen et administracionem dicte ecclesie pacifice et letanter admissus fuit et deinde illam et ipsam patriam salubriter, feliciter et pacifice rexit et gubernavit, prout hodie regit et gubernat. Hoc si expressissent et hoc modo suggererint clarum est, quod nichil impetrassent.

Item dicti impetitores similibus dolo et fraude suggererunt, . . . archiepiscopum ambicione ductum . . . ecclesiam Padeburnensem dicte ecclesie sue Coloniensi a . . . domino Martino papa quinto obtinuisse uniri et incorporari decano preposito et capitulo dicte ecclesie Paderbornensis irrequisitis, ymmo insciis et sancte Romane ecclesie cardinalibus,²⁾ tacentes, quod huiusmodi incorporacio et unio impetrata fuit et est debita³⁾ et legitima, prout ex terminis literarum suo tempore apparebit, propter evidentes vaccacionem et utilitatem dicte ecclesie Padeburnensis ad humiles eciam preces maioris

¹⁾ in gewisser Weise. ²⁾ ergänzt. ³⁾ gerechtfertigt.

[partis]¹⁾ dicte patrie Padeburnensis et non aliter, neque alio modo. Que si fuissent dicta, nihil concessum fuisset.

Item suggererunt, ab huiusmodi unione et incorporatione fuisse et esse appellatum ad sedem apostolicam, ne ipsa ecclesia Paderbornensis in suis libertatibus et iuribus supprimeretur, tacentes, quod ipsa ecclesia per supradictam commendam et ita tandem per ipsam unionem, quam minores patrie previderunt, [?] ad patrie et rerum conservationem reducta est et reducitur cotidie palam et publice. Et sic fuit et est verum.

Item quamvis²⁾ de huiusmodi appellatione interposita constare poterit, dicitur, quod illa fuit et est unica vice et non [per]³⁾ plures facta et interposita, videlicet MCCCCXXX pro parte honorabilium virorum Alradi prepositi, Henrici decani, Ottonis Speghel, senioris, Rudulphi de Wintzingerode, camerarii, Alberti de Haxthusen, Hinrici de Driborgh, Tiderici Lappen, Hermanni Ogenhusen, Ludowici de Rostorp, Stephani de Malsborgh, Wernheri Crevet, Hermanni de Reckelinchusen, Theoderici de Engelsem, Ravenonis de Papenheim, Hinrici de Velsten et Johannis Imdeshusen, canonicorum dicte ecclesie Padeburnensis in loco capitulari et capitulariter congregatorum. Et sic fuit et est verum.

Item, quod tempore interpositionis pretense appellationis supradicte ad dudum, ante et post ultra prenomatos canonicos ecclesie Paderbornensis antedicte fuerunt ac hodie sunt in eadem octo alii canonici prebendati unacum predictis, capitulum prefate ecclesie constituentes et facientes palam et publice, quodque hodie dicti octo canonici nominantur hiis nominibus videlicet: Johannes de Driborgh, Lubertus Westfal, Jo-

¹⁾ ergänzt. ²⁾ Was dann. ³⁾ ergänzt.

hannes Walling, Conradus de Elmerinkhusen, Engelhardus Joden, Otto de Twiste, Fredericus Freseken et Bernhardus Stapel.

Item, quod veritas fuit pariter, . . . quod proxime dicti canonici prebendati et eciam totus residuus clerus ac nobiles, plebes civitatum et diocesis Padeburnensis presenti appellacioni et commissionibus predictis tamquam contra commune bonum, salutem et commodum civitatum et dioecesis predictarum interpositis et factis contradixerunt et contradicunt palam et publice. Sicque, ut predicatur, fuit et est verum, publicum et notorium, ac de hoc rumor populi atque publica vox et fama.

Item, quod huiusmodi pretensa appellacio fuit et erat et est frivola ex frivolis causis et non vox [vera]¹⁾, sed ficta et non aliter interposita; et sic fuit et est verum.

Item, quod supradicti appellationis causam . . . ante annum obtinuerunt in Romana curia sacri palacii causarum apostolici auditori committi, et de presenti in dicta curia remanet et pendet indecisa; et sic fuit et est verum.

Item, ut supradicti impetrantes suggescerunt in eorum . . . petitione, quod ea, que petunt, solum petunt inter alia, ne ipsa ecclesia Padebornensis in suo titulo, dignitate, iuribus et libertatibus a proprio pastore perpetuo privetur, et ne ipsi impetrantes propter iusiurandum sive iuramentum prestitum graventur, tacentes, quod ut supra tempore commende obtente eciam precibus ipsorum ecclesia in suis iuribus suppressa erat et ipsa ac patria guerrarum turbinibus afflicta adeo, quod quasi non erat spes recuperacionis, quodque dominus archi-

¹⁾ ergänzt.

episcopus, licet sue Coloniensi ecclesie prefuit, ipsam tamen Padeburnensem ecclesiam ab invasione luporum rapacium precustodivit et precustodit. Et hec si dicta fuissent, nichil fuisset concessum, vel saltem eo modo, quo pretenditur, concessum, cum presertim in eorum petitionibus dicti impetrantes se ostendant pro receptis beneficiis ingrattissimos.

Premissis itaque sic veris existentibus . . . clare constat, . . . presense commissionis pretextu nihilominus vestris paternitatibus fuisse et esse iurisdictionem attributam. . . .

Item ultra huiusmodi notoriam surreptionem dominus procurator . . . dicit, quod huiusmodi pretensa citatio et ipsius decretum et omnia inde secuta fuerunt erant et sunt ipso iure nulla, cum in ipsa prima . . . commissione non petitur et per consequens non conceditur citatio extra locum huius sacri concilii, prout ipsam commissionem et in ea petita inspicienti constare poterit clare et evidenter.

Item nec obstat secunda pretensa commissio, quod similiter ut prima est surrepticia et . . . extorta. . . . Item per illam ultra non conceditur, nisi quod dominus episcopus servet terminos usque ad sententiam exclusive. Ymo per . . . pretensas commissiones, eciam si data esset potestas citandi extra locum huius sacri concilii, clare patet, [quod]¹⁾ citatorium, si qua reperiretur, decretum extra locum ad huiusmodi causam exequendam et presertim per dominum Ebroicensem . . . est omnino nullum et invalidum. . . . Salvo iure addendi, mutandi minuendi ect.

Et protestatur ut fuit et est moris.

¹⁾ ergänzt.